



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118464**

§. 7. Helvetii a Galliarum Rege ad conciliandos ipsi Electores rogati

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](#)

Sæcul. XVI. giae Caroli Hispaniarum Regis familie  
A.C. 1519. suffragaturum fidem dedit.

## §. VI.

*Helvetii a Galliarum Rege ad conciliandos ipsi Electores rogati.*

Præterea Franciscus Galliarum Rex ad Helveticas Tribus Antonium de Lamet supplicatum misit, ut ejus electioni faverent, datumque fuit Lameto negotium, ut in Badensibus comitiis Helvetis proponeret, quod tanta foret Turcarum potentia, ut vel eis cedendum, vel pugnandum esset; cum autem a nullo nisi ab eo, qui Galliæ, Germaniæ ac Italîæ vires unitas haberet, eorum ausus frangi possent, ac conciliandæ ejusmodi unioni Helvetii, eoque inter tres hosce status justo situs spatio interponerentur, oppido idonei forent; hinc Rex Christianissimus, ajebat legatus, eos rogat, atque obtestatur, ut ejus votis suffragarentur; vicissim vero ille pollicetur, se imperio potitum arma sua usque ad Thraciæ fines circumlaturum. Attamen ad hæc Helvetii respondebant: obstant pacta nuper cum Gallis inita, vi quorum polliciti sumus, quod nec Sacræ Sedis, nec Romani Imperii negotiis ullo pacto nos ingerere velimus, proin relinquimus plenam

plenam Electoribus libertatem. His dictis Sæc. XVI.  
 Lametum, comiter licet, re tamen infe- A.C. 1519.  
 sta valere jubebant. Verum haud diu  
 Helvetii a neutrius partis studio alienos  
 sese servabant; vix enim Lametus dis-  
 cesserat, cum illi datis ad sacrum Electo-  
 rum Collegium literis supplicarent, ut  
 Gallum, si Germaniæ libertatem salvam  
 conservare velint, penitus exclude-  
 rent (\*). Ceterum in hac epistola ne-  
 que etiam Carolo Regi Catholico patro-  
 cinabantur.

### §. VIII.

*Nec Carolus nec Franciscus Pontifici  
 acceptus.*

Ex altera vero parte Leo Papa nil inten-  
 tatum reliquit, ut Electores nec Ca-  
 rolum nec Franciscum in Cæsarem nomi-  
 narent; cum enim hic Mediolani Duca-  
 tum, ille autem Neapolis Regnum possi-  
 deret, verebatur Pontifex, ne alteru-  
 trius Monarchæ electio aliquando Italiam  
 quietem perturbaret, ac præcipue sum-  
 morum Pontificum potentiam restrin-  
 get.

---

(\*) *Has imperium venandi artes a Con-  
 tinuatore silentio pressas fuisse, Gallorum quam-  
 plurimi peroptabant. Ast nempe alienæ glo-  
 riae nimium invidius, non raro propriæ inimi-  
 cius evadit.*